

PETRI PAVLI VER  
GERII IVSTINOPOLITA/  
NI IVRISCONSVLTI

DE REPUBLICA VENETA

LIBER PRIMVS

Petrus paulus Vergerius epns  
Instinopolitanus Jo: paulo

Olim jurecons.

dono dedit. i<sup>r</sup> 39. j<sup>n</sup>. 12.

Ioannis antij clina Artium et medæ doctoris 1568.

PETRUS VITALE

CENSUS OF THE UNITED STATES

FOR THE YEAR 1850.

IN FOUR VOLUMES.

Vol. I. - Population.

Vol. II. - Agriculture.

Vol. III. - Manufactures.

Vol. IV. - Statistics.

BY JAMES MCLEOD,

Superintendent of the Census.

WASHINGTTON: GOVERNMENT PRINTING OFFICE.

1851. - 12 MO. - 2 VOL. SET.

PRICE, FIFTY DOLLARS.



VRIS CIVILIS STV  
dia, quæ omnes laudant,  
Sanè sunt vberrima precl  
ra, atq; admirabilia, & eo  
rum tanta est dignitas, tan  
ta præstátia, & gloria, quá  
ta cæterorum studiorum  
omnium existere nunquām potest. Sed  
tantam operam tantam curam, & sol  
licitudinem, tam laboriosam, & mole  
stam coniunctam habent quantá ferre  
nemo posset si non illa essent præmia  
proposita ad opes, ad dignitatem, ad  
immortalitatem, quæ nunc sunt am  
plissima. Verum quānq; ista nos Am  
bitio, ista spes consolatur tamen illa  
laborum moles, illa sollicitudo nō po  
test non grauissima, & molestissima vi  
deri, vel quia longo aliquando inter  
vallo illa gloria, illaq; fœlicitas distat,  
quam petimus, & sæpe oculis cerni nō  
potest, vel quia ita prorsus natura cō  
stituit grauem nihilominus, & mole  
stum omnem laborem esse, quānq; præ

mia maxima / atq; vberrima propone  
rentur. Quamobrem sapienter permis-  
sisse videntur ij / qui literaria nostra  
Gymnasia instituerunt, vt ab illa ope-  
ra / & cura ipsa æstate aliquantis per de-  
sisterentius, Nam quum ea grauis / &  
molesta sit semper, tum æstate multo  
grauior / multoq; molestior esse solet.  
Itaq; quum ea iam aduenit, ego vero  
ferè desino, atq; hoc tempus interca tū  
hic, tum in mea patria modo ad hone-  
stas quasdam corporis voluptates mo-  
do ad humana studia ornatissima / &  
iucundissima multo maiore cum voi-  
luptate transmitto, Sed tum demum  
videor mihi prorsus aliquid posse pro-  
ficere, quum optimorum / atq; excellē-  
tissimorum quotūdam hominum cō-  
suetudine vtor, Quia me viue imagi-  
nes, viuæq; doctorum hominum vo-  
ces, & iudicia multo magis cōmouēti  
atq; incendunt, quam illa antiquorum  
monumenta, illæ mortuæ conciones.  
Itaq; sæpe cum illo sapietissimo, & do-

*ETISSIMO homine Petro Bembo s̄æpe  
cum illo optimo! atq; ornatissimo se-  
n̄e Leonico/magno cū fructu magna  
cū voluptate! & cupiditate versari so-  
lito nō modo in ciuitate! Sed etiam ru-  
ri aliquando i quum animi causa vr-  
banissimi homines rusticantur; multa  
cū illis de meis studijs, multa de mea  
fortuna s̄æpe communico, audio illos  
differentes, audio iocates, admiror eru-  
ditionem, atq; eloquentiam, admiror  
iudicium, atq; illam incredibilem ma-  
gnorum hominum humanitatem! &  
iucunditatem. Atq; ista fælicitate! & glo-  
ria et si s̄æpe antehac sum vsus tamen  
nunquam maiore fructu maioreq; vo-  
luptate quam paucis ante diebus, quū  
ego vna essem cū illis in Nouiano! &  
illa audiuissem omnia, quæ in Hortis,  
quum a studijs maximis! & grauissi-  
mis vacarent de illo sapientissimo! &  
diuino Principe Andrea Grito, atq; de  
vniuersa Rep. Veneta biduo inter se  
differuerint. Quāobrem ego illas sen-*

tentias collegi omnes; atq; in his libris  
p mea facultate disposui. Quanquam  
n. (scio) ipsa res alium hominem ali-  
am copiam aliam dicendi vim postu-  
laret, tamen non possum non existi-  
mare multos omnino futuros, qui no-  
stra aliquando legant. Nam quum  
grauissimi & sapientissimi homines  
loquatur, atq; adeo de rebus maximis  
& iucundissimis non tam illos acerbitas  
orationis nostrae auertere quam il-  
la grauitas & maturitas hominū atq;  
rerū inuitare ad legendum potest.

# LIBER PRIMVS



V V M Igitur sole iam occidente in Hortos venissent : & animi causa spaciarentur / quod reliquum illius diei in grauissimi studijs domi consumpsissent, ego qui non longe procul sedebam solus, q̄si illos vt excitarem : quia taciti vehementer nescio qd meditari videbant : c̄api aliquo altiore voce aliquot versus legere / quos pauloante scripseram.

I taq; Bembus continuo. Evidem te laudo : qui de optimo Principe ita scribis / nam quanquam scribere debemus omnes , quod omnem nostram felicitatem / oēm laudem & dignitatem ferē illi propediem (vt spero) debebimus, tamen tu imprimis debes , qui etiam priuatum beneficium, & prorsus nouam gloriam es pauloante assecutus.

T um Leonicus. Hic aliud genus carminis querēdū est / si de illo homine quo nemo vñquam maior fuit, scribēdum putas. Nam isti quidem Hendecasylla

bi tuis vel amoribus, vel leuibus iocis  
magis conueniunt. I M V V

O mīnino tecum sentio inquam ego! Pa-  
ter Leonice. Verūm huiusmodi mea  
est facultas. Huiusmodi etiam mea for-  
tuna hodie exigua quædam & tenuis  
simia itaq; nihil possum nisi quosdam  
exiguos versus facere. Quāquām equi-  
dem spero fore ut maius aliquid cona-  
ri aliquando audeam, præsertim quia  
mihi (nisi fallor) vestra beniuolentia,  
Vestra studia atq; officia ubi ego ma-  
gnām spem collocaui rerum mearum  
deesse non possunt, atq; ista egregia re-  
rum domina quæ mihi in hac adole-  
scētia molestissima, atq; acerbissima  
semper fuit fortasse non eodem modo  
inimica in reliqua ætate futura est.

Hic Bembus ferè subridēs certe, inquit,  
fortuna commouere poetam non de-  
bet nam illam vincere consilio, & sa-  
pientia potes, & omnia moderate fer-  
re, præsertim quod in ea tempora inci-  
disti, in quibus fortasse non iam illud

imperium & potestatē in bonas artes  
bonosq; homines habitura fortuna est,  
quā habuisse aliquando intelligimus;  
Itaq; omnibus qui in bonarum artiū  
studijs doctrinisq; versati fuerint bene  
sperandum est.

Omnino bene sperandum inquit Leo  
nicus, Nam multas res Italiae quæ sanè  
erant turbatae ferè sedatas aliquando  
prospicio. Et optimus quidē Princeps  
in Rep. bene iſtituta fœlicifſima & po  
tentifſima ſapientiſſimus ipſe inter ſa  
pientiſſimos Senatores, & Patres ſedet.  
Itaq; planè pulſam, & ſuperatam fortui  
næ potētiam affirmemus. Iam ea apud  
nos nūquām eſt, puto ad extraheā im  
peria confugisse ſupplicem fortunam,  
ut Reges deuicti ſolent. Nam tanta in  
vlla Rep. ſapientia tantaq; potentia &  
auctoritas, quāta hodie in Veneta exi  
ſtit omnino nūquām fuit. Sed de ipſo  
Princepe, quem modo Vergerius lau  
dabat: Affirmare equidem debeo Deos  
immortales, omnia ſtudia atq; naturā

B

omni diligentia atq; industria vnum  
hunc hominem facere aliquando vo  
luisse, egregia quadam animi virtute  
& felicitate , præclara in rebus geren  
dis experientia,præterea singulari qua  
dam corporis dignitate & præstantia  
qualis fortasse neq; nostra neq; veterū  
memoria vñquam fuit . Itaq; iam ab  
ineunte ætate dedit, quasi in illum am  
plissimum dignitatis & laudis gradū  
omnino vellet hac ætate peruenire vir  
tutis suæ documenta maxima . Nam  
quum adolescens in Gymnasio Pataui  
no magna cura laude phiolosphiæ no  
biscum operam daret īcredibile dictu  
est,quāta, & quām matura prudentia  
& grauitate,quanta gratia , quanta fo  
licitate prorsus ante annos fuerit. Equi  
dem illius temporis recordatione iuri  
cundissime fruor,quia in illo cursu ve  
terum studiorum amicus illi, ac penè  
familiaris fui,Quod mihi magnæ qui  
dem laudi attribuo,Nam etiam Gym  
nasium nostrum existimo tantam lau

dem & gloriā ex dignitate & virtute huius alumni assecutum esse quam tam antehac vlla ex causa nunquam.

Hic Bembus, quoniam in hunc sermonem incidimus sanè iucundum conse dēdum est in his sedibus quæ sunt in ripa huiusc fluvij sub Populo, Quam ego hodie fœlicem iudicabo, Quæ vocem Leonici & laudem summi Principis, Interimq; nostræ Reip. excipiet.

Interea dum hæc Bembus cōfederamus omnes, & caput Leonicus. Præfatus tandem nescio quid ante dicturum se de Principe atq; de Veneta Rep. ea scilicet, quæ etiam deorum immortalium propria esse solent, Quia Principis & Reip. Venetæ auctoritatem cum potestate & laude deorum immortalium conferebat.

Ego illis qui antea nos fuerunt nusq; inuidi deo. Nam quanquam in eam ætatem inciderūt in qua bonarum artium studia & disciplinæ tum in Italia tum in Græcia summacum laude vigebant ta

men omnino miseri in illa gloria &  
foelicitate fuerūt, Quia quoddam sum  
mum bonum idest pulcherrimam Re  
ligionem in qua nos sumus cognosce  
re nescio quōmodo minime potue  
runt, & rursus quanquām hoc potue  
runt tamen illa studia, & bonas artes  
nescio qua temporum calamitate ferē  
āmiserant, fuit enim aliquandiu Italia  
aut nullā aut certe parua, & obscura  
cum laude studiorum. Verum posteri  
tati (si recte prospicio) non leuis causa  
est cur aliquantum inuideā. Nam prin  
cipio Christiana Resp. (vt videre vide  
or) iam erit clarior, iam firmior, mul  
toq; latius patebit quām vnq; antea.  
Necnō ipsa studia, ipsæ bonæ artes, &  
doctrinæ veterem dignitatem recupe  
rare pulcherrime poterunt atq; hoc  
equidem spero futurum, Quando res  
Italiæ eum cursum tenere incipiunt  
quem iam tenent, rectum quendam  
& optabilem quem quidem Resp. Ve  
neta quæ vna est in omni Italia sapiē

tia & fœlicitate præstantissima dirige  
re ad magis certam normam cotidie  
potest. Desperauit aliquando (fateor) de  
rebus nostris / & posteritatis vicē non  
leuiter dolui , quam ego miserrimam  
futuram existimabam / quum iam no  
stra atate prostrata ac penè affecta om  
nia viderentur. Nunc ferè inuideo / Vt  
namq; paulo serius natus essem / vt  
Tranquillitati / atq; ocio hominum  
ad essem / qui tempestatem / & laborem  
vidi . Sed ferè sub irascor quodammodo  
do ijs, qui rerum humanarum curam  
habent tandiu distulisse eos gloriari /  
& fœlicitatem mortalium. Nam si pau  
lo ante huiuscmodi Remp. + nobis , &  
hunc Principem de cœlo misissent for  
tasse integrā / & perfectam fœlicita  
tem hodie vidcremus / cuius vix quod  
dam initium / ac veluti imaginem vi  
dere potuimus.

Tum Bembus, certe tui nominis gloria  
Leonice / tua alia quædam vita in illa  
futura luce / & fœlicitate versabitur , at

que apud omnem posteritatem clara  
& celebris futura est si vita : quæ cor  
pore & spiritu continetur non pote  
rit. & mihi quidem hoc iucundissimum  
est. Quia iam planè dubitabam paulo  
ante infoelicem omniō omnem po  
steritatem futuram , quæ scilicet nihil  
minus curare posset quam nostra stu  
dia nostramq; gloriam, Hunc de futu  
ra ætate ferè tecum sentio. Sed quæso  
abste Leonice, Quid hoc esse dicendum  
est ita incultum, atq; infoelicem aliquā  
diu fuisse orbem (vt paloante dixisti)  
ac veluti i quadā Hyeme ferè sine ullis  
ornamentis præsertim literarum, Nam  
post illud ornatissimum Augusti sæcu  
lum, atq; illam veluti æstatem vberri  
mam in qua mihi videntur fuisse om  
nia, neq; villa Respublica fuit, neq; ferè  
studia (vt mihi videtur) neq; iudicia  
qualia deniq; paucis ante annis florere  
incipiunt.

S ubstituit aliquandiu Leonicus, & quum  
verba æstimasset, ferè inquit adduxisti

nescio quid noui ad eam rem i quam  
requiris Bembe. Nam illa fœlix Augu  
sti ætas in qua maturi homines, matu  
ræq; artes, & ingenia fuerunt, quædam  
veluti ætas fuit. Consequta est quædā  
hyems, in qua magna ingeniorum in  
fœlicitas fuit, & sanè longa Hyems, Ho  
die ver nouum rursus existit. Sed dicā  
ego aliam quædam causam, Nam quæ  
admodum agri & corpora suas habeat  
calamitates ita Animi habent suas, in  
qua sententia fuit Plato. Itaq; tot retro  
annis quibus ista infoelicitas hominū,  
atq; rerum fuit proculdubio calamitas  
ea fuit, quam dicimus animorum, quæ  
hac ætate magna ex parte quodammo  
do desijt esse, fortasse etiam ob sapien  
tiam, & fœlicitatem Venetæ Reip, quæ  
etiam fatalem calamitatem quoddam  
modo auertere sapientia potuerit, Ani  
morum calamitatem auertere, & mi  
nus mirum, minusq; incredibile vide  
ri potest, tametsi confiteor maius qui  
dam esse, & arduum quod dixi, Sed

quum omnis calamitas, & infelicitas  
omnino sapientia & consilio arceatur  
& propulsam magna ex parte infelici-  
tatem videamus, & sapientiam nostra  
ætate nusquam maiorem existere q̄ in  
Veneta Rep. Sanè huic Reip. potius at-  
tribuere debemus, q̄ calamitatem ani-  
morum atq; infelicitatem magna qua-  
dam ex parte iam abiisse a nobis cer-  
namus.

Tum Bembus, Sanè placet, & multum  
tribuis nostræ Reip. quum ita existi-  
mas calamitatem Animorum tam fœ-  
dam tam diuturnam ab illa fuisse pro-  
pulsam, Ego de ista calamitate nihil di-  
co amplius, Sed vnum hoc scio resedif-  
fe in illa Repu. ingentem quandam sa-  
pientiā, ingentem fœlicitatem & glo-  
riam, Itaque multa vulnera Italiæ, &  
Christianæ reip. quāmuis sint magnæ.  
Vnde tum in studijs, tū in cæteris re-  
bus quidam veluti langor existit non  
modo sanabit aliquando (vt ego existi-  
mo) Sed pristinam dignitatem, & vali-

gudinem cum laude amplificabit, &  
firmorem reddet.

Procul dubio inquit Leonicus quaque  
sanè turbata vehementer omnia vide  
antur, & nonnulli magnopere timeat,  
ne tandem minus bene agatur cum no  
stra Italia. Sed certe scio, omnis hec tur  
ba, omnis trepidatio & metus Italiæ  
propediem tolletur. Atq; ades Bembe,  
& omittamus paulisper reliquos Sena  
tores qui sunt omnes magna & admi  
rabili sapientia viri, loquamur de Prin  
cipe, quem virtus & fortuna tot, tantis  
que rebus diu exercuit, Quid est, per  
Deos immortales, quod illius prorsus  
diuina virtus & prouidentia non vi  
dent, non admoneant, non perficiant! Cu  
ius auctoritas vñquam maior, cuius  
foelicitas & gloria admirabilior, vt pro  
certo dicendum sit, non posse nobis  
qupiam aduersi accidere. Dum illa ex  
ercita virtus & foelix prudentia in illa  
sapienti Rep. inter tot graues Senato  
res versatur, iam Bembe Quid hoc sit

C

aliquando non satis intelligo, Omni  
bus ingenitam esse eandem a natura  
vim, eūdem sensum, & igniculum vir  
tutis, & tamen vnum aliquem interdū  
præstare, & ita præstare, vt is non mor  
tal is, vt cæteri, sed planè deus quidam  
terrenus existat. Cæteri vero illi multi  
vix aliquando homines, neq; hoc pro  
pterea fuisse dicendum q; ille interdū  
plus ausus fuerit, & laborauerit minus  
ue iniquam fortunam habuerit. Nam  
etiam hi multi saepe tantundem ausi  
sunt, neq; labor defuit, neq; industria  
& fortuna certe vinci sapientia potest.  
Sed nimirum Dij imortales (mea qui  
dem sententia) vnum nescio quo pa  
cto magis saepe amant quam alium &  
eum apud quem eē Principatum, aut  
Imperium aliquando volunt, quia is  
propius ad eos accedit, multo ante di  
ligunt, & procul dubio ornant magis.  
Nam quām hodie, & multo ante plu  
rimi magnopere, magnoq; studio ali  
quid semper pro Rep. egerint, Quid

causæ est quod ferè unus Gritus non  
modo hodie præstet. Sed multo antea  
præcipue semper clarissima cum laude  
præstiterit, ut videretur quasi quidam  
sol iter reliqui sidera. Verum illud su  
mo quod modo repudiaui, Egit ne  
scio quid, Egit maius quiddam & ac  
ceptius Diis immortalibus, atq; homi  
nibus, maius etiam quam homines  
apud quos gesta sunt omnia, aestimare  
posse videantur, dico amplius, ipsa for  
tuna quæ saepe victa est ab hoc homi  
ne inuictissima, quum huius felicita  
tem & gloriam saepe respicit: quia quæ  
dolet reminiscitur: ipsa obstupecit  
& comprehendere animo rerum gesta  
rum magnitudinem non potest, atq;  
quum tot viderit pugnas, tot tumul  
tus & victorias, tum in toga, tum in ar  
mis, tot deniq; vices rerum, quas ipsa  
facit, affirmat secum ferè neminem ex  
omni memoria extitisse, cuius res ge  
stæ pares dici possint, Ipsa vetus fortu  
na quæ cum hoie simul orta est, quæ

vidit omnia & reminiscitur ipsa hoc  
fate& & nō modo hoc Sed nunquam  
tories antehac victā fuisse quoties hac  
ætate ab hoc homine victa est. Prete  
real viciisse se neminem affirmat tam  
misere, tantaq; calamitate, quanta ipsa  
victa est. Ego illam modo ante oculos  
habeo veluti in quodam triumpho de  
uictam, sordidatam, vix audētem ocu  
los attollere timentem etiam tenuissi  
mos homines, quæ quōdam reges nō  
timuit. Neq; tamen hanc sibi laudem  
ille inuictissimus vir, quamuis sit ma  
gna supremam ducit, Illam enim ma  
torem cē existimat, quæ vere est, quōd  
se ex priuato homine per mille curas,  
mille solitudines, & pericula ferè Di  
is immortalibus sapientia, & potentia  
simillimum fecit. Itaq; iam res huma  
nas tantum potest adiuuare, quantum  
desiderare potuit habeo mō, ante ocu  
los excelsum illum, & diuinum ani  
mum, qui nihil aliud cogitat, nisi quo  
pacto conseruare Remp. & amplificare

etiam aliquādo cum dignitate possit.  
H ic Bembus , Vtinā amplificare etiam,  
& terminos proferre , non dico in Ita  
lia,Sed longe extra, scilicet vnde serpit  
calamitas Italię atq; adeo totius Euro  
pe,Orientem versus/nam inde, Leoni  
ce oriri multa mala prospicio + Quan  
doq; existimo magnas , & graues esse  
causas , quāmobrem aduersus illos ar  
ma non sumantur,Itaq; modo,nihil di  
co amplius.Sed quoniam sermo/atque  
animus se orientem versus conuerte  
rat,& res est huiusmodi/quæ me vehe  
mēter angit dicam potius de ipsa græ  
cia, atq; age Leonice , illa eloquentiæ  
illa doctrinarum omnium inuentrix/  
& parens,Vnde ausimus latini omnia:  
atq; expressimus, an semper lugebit in  
fœlix?Num illi obsecro eadem virtusi  
& fœlicitas aliquid boni aliquando  
afferet?Num vitam saltem, ne prorsus  
interierit i quæ cæteris rebus non mo  
do salutem attulit , Sed ornamentum/  
& dignitatem quanquām literarū græ

carum iactura modo magisquam pro  
uinciae miseria me premit.

Tum Leonicus continuo, Sanè optimo  
iure doles Bembe illam calamitatem  
tam miseram, tam diuturnā etiam to  
tius prouinciae græciæ quæ me etiam  
non modo hodie. Sed saepe antehac per  
turbare vehementer solet. Amisisse græ  
ciam non modo imperium, non mo  
do armorum, & bonarū artium pror  
fus omnem gloriam. Sed iam vrbes,  
immo etiam vestigia vrbiū i quæ nul  
la extant, & funditus desertam esse, vt  
cum Asia quadam parte, atq; Aphricæ  
solitudinibus, & vastitate contendat,  
quæ olim omnem Italiam frequentia  
& celebritate longe vincere consueuit  
Proh fatum! atq; infelicitatem prouin  
ciæ, Num ista dorum immortalium  
voluntas fuit? An hominum culpa?  
Modo in mentem venit Cicero quo  
dam in loco, deletam corynthum fuis  
se vehementer dolet, vnā adeo coryn  
thum deletā ferre vix potuit. Quid si

vidcat modo vniuersam græciam in  
fœlicissime deuastatam ! Vniuersam  
adeo Græciam, vnde ille tantam laudē  
cum tanta illius populi inuidia repor-  
tauerat? quæ esset indignatio , quæ de-  
ploratio ? Sanè vnius Ciceronis ingenioi  
atq; oratione digna illa miseria & in-  
fœlicitas iudicanda est a qua deplore-  
tur. Sed quod ad meam querelam atti-  
net & tuam, atq; de spe græcarum lite-  
rarum , quarum iactura imprimis te  
male habet, paucis accipe & sanè noua-  
res est, quam dicaui modo (nam illud  
tacendū puto, futurū vt armis res aga-  
tur, atq; eo modo pristina Græciae fœ-  
licitas aliquando restituatur) Certum  
est Bembe migrare aliquando fortunā  
provinciæ & loci, atq; gloriā vel quia  
nihil firmū est inter homines & vere  
oīum rerum vicissitudo est: vel q[uod] cul-  
pa mortalium quāmuis nulla esset re-  
rum necessitas, id facit. Sed ista migra-  
tio. Sæpe nobis non occulta est, Vide-  
mus siquidem armorum & scientiæ

militaris omnem laudem , quæ olim  
fuerat apud græcos præcipua inde ad  
Romanam Remp. migrasse. Sæpe vero  
migratio illa laudis; atq; fortunæ nobis  
occultissima esse solet , Quippe subito  
aliquando migrat vel aliquo rerū mo  
tu, vel cursu stellarum pulsa, & latet ali  
quâdiu obscuro in loco; & quum mu  
tationem rerum videt, vt saltem spem  
bonam concipere animo possit repen  
te se effert è suis latebris , atq; in luce  
versatur i Quemadmodum de Hyrun  
dine tradūt naturales philosophi quæ  
veniente Autumno migrat, & quo mi  
gret incertum est, atq; demum vere no  
uo in illa coeli tranquillitate & veluti  
in quibusdam blanditijs noui solis re  
uertitur, & ferè quemadmodum illa vir  
tus & vis arborum & plantarum om  
nium Hyeme in incerto loco latet ; &  
vere adueniente illa vis naturæ omnis  
se fere effert. Nam eadem fortuna armo  
rum & gloria (de qua supradixi) ante  
quam in florentissima Veneta Rep.

tanta esset i atq; tam clara per multos  
annos nusquam visa est, quippe quæ la  
tebat in incerto loco, Idem fortasse de  
latinis literis, idem de alijs quibusdam  
artibus dicendum est, latuerunt omnia  
nescio vbi, literarum inquam studio  
rum & multarum artium fœlicitas, &  
gloria in incerto loco prorsus latuit,  
quæ modo cum Reip. Ven. trāquillita  
te, atq; ocio, & cum pulcherrimo diui  
ni hominis Principatu veniunt in lu  
cem ornatoria, vt Hyrundo i vt vis ar  
borum exit cum sole, Itaque dixerim  
Bembe, etiam fortuna illa & gloria to  
tius Græciæ, quæ iamdiu migrauerat,  
& latuerat tot annis nescio vbi, deniq;  
hodie in lucem redibit : quia sub hac  
optima Rep. & Principatu huius ho  
minis excellentissimi optimam quan  
dam spem concipere animo potest. Ve  
rum interea multæ literæ græcæ in no  
stra Italia sanè florent (Nam nostra om  
nis querela potissimum de literis fue  
rat) & florēt quidem magne cum glo

D

ria & dignitate in nostra Italia, Itaque  
ego foelicem hanc ætatem appellare so-  
leo, & foelicem Italiam cuius splen-  
dor & foelicitas egregia quadam ip-  
sius Græciæ coniunctione condu-  
plicatur.

Procul dubio ante omnia de literis græ-  
cis, quemadmodum audisti, mea erat  
querela, inquit Bembus, Nam cætera  
rum rerum gloriam quæ illi fuerat  
omnino in nostram Italiam, multo an-  
te venisse intelligebam, & de illis qui  
dem ita ut tu dicas, haud dubie spero  
futurum, Itaq; iam nostram ætatem q's  
nō anteponet omnibus, quæ olim fue-  
runt, Nam cum latina lingua Atticam  
propè habemus in Italia coniunctam,  
Præterea nostram maternam sanè flo-  
rentem.

Hæc Bembus cum quadam animi læti-  
tia, & dicere quidem nescio quid aliud  
videbatur velle, Sed Leonicus interue-  
nit, & quæso, inquit, Quoniam de no-  
stra lingua quæstio incidit, audite pau-

cis de illa quid sentio. Eam ego in omni ætate equidem despexi, neq; id iniuria/ut opinor, Nam pro illa mea sentitia ita solebam dicere , lingua in Italia eiusmodi esse solet cuiusmodi imperium existit, & nihil æque commutare, ac tollere linguam potest, quam commutatio Imperij. Græca enim lingua illa/qua docti vtuntur tamdiu in pretio/& summo in honore habita ē quā diu Græcia imperauit , illud imperiū vbi Græcia amisit omnem linguam simul ammisit , vt siquid ex ea modo superest diuinitus superfit, & id quidem in Italia , Præterea Romanam si spectemus Vnde ego omnium rerum exempla petere soleo, Latina lingua tum premium florentissima fuit quum Romanum Imperium floreret , & quantum se imperium tantūdem se lingua proferebat . Si quidem Romani in eā pruinciam in qua iurisdictionem habuissent latinam etiam linguam cū magistratu& praesidijs mittebant: Itaque

prætores Ro. quanquam in Asia; aut  
in Græcia magistratum agerent latine  
nihilominus interponere decreta sole  
bant id quod etiam apud Triphoni  
um quendam iurisconsultum memini  
aliquando vidisse, scilicet ob dignitatē  
Rom. Imperij, & gloriā amplifican  
dam, Qua ratione oratores Græci in  
senatu dicentes non nisi latine aliquā  
diu audiebantur. Sed posteaquām pau  
latim definere etiam Romanum Im  
perium aliquando cœpit, cœpit etiam  
lingua definere, & quum deniq; barba  
ri quidam populi in Italiā irruissent,  
Romanumq; Imperium occupassent,  
latina etiam lingua quodammodo oc  
cupata ē, & ferè vndiq; oppressa, & ho  
die quidem opinor nulla esset, fortasse  
etiam vix ullum vestigium tantæ di  
gnitatis, & fœlicitatis appareret nisi ea  
veteres boni libri, & præcipue, vt ego  
sentio Christiana religio quæ erat lati  
nis quibusdam literis tradita seruasset,  
Nam quum perire religio non potuist

set, latina illa lingua quæ erat cum re  
ligione coniuncta perire non potuit.  
Igitur si commutari lingua cum im  
perio ita solet. Ego vero Italicae istius  
linguæ breuem gloriam, & incertam  
alijs relinquo. Siquidem hæc imperia,  
quæ sunt in Italia, & fouent hanc lin  
guam veheméter equidem dubito ne  
simul cum ista lingua propediem defi  
cient, tanta est in vniuersa Italia Prin  
cipum, & animorum dissensio, tanta  
Regum exterorum atq; imperatorum  
potentia, præterea etiam cupiditas Ita  
liae potiundi. At latina quæ tum Reli  
gione tum alijs quibusdam libris, &  
monumentis quodammodo consecra  
ta est perire ipsa non poterit. Itaq; hæc  
potius volo quæ me per ora hominū  
ferre tutius, & diutius poterit, immo  
quæ sola potest, quum vestra Italica ni  
si aliqua adiumenta & præsidia aliquan  
do habeat, nō possit. Præterea pro mea  
sentētia pauloante solebam dicere. Lin  
gua Italica primum non satis firmata

est (vt mihi videtur) Deinde vix aliam  
materiam solet excipere, quam leuem  
quandam & debile, id est delicias, Amo-  
res, locos : Itaque tū vt declitijs sit locus,  
tum vt firmari paulatim possit pacei  
& tranquillitate opus est, Sed pacē qui  
dein hoc tempore nullam habemus  
neque habituri fortasse sumus, Quamob-  
rem in hac turbulentia tempestate, atque  
rerum tāta perturbatione neque linguæ  
cuiusdam nouæ constituendæ neque de-  
litarum villam curā habere debemus,  
aut possumus, Hæc ego & multa alia  
quaeriam referre non attinet solebam  
pro mea sententia, Quæ nunc omnia  
confutare egomet mihi facile possum,  
Nam res Italiae propediem constituen-  
tur & firmabuntur, vt non temere cō-  
ueli, aut commutari amplius posse vi-  
la Regum exterorum vi dubitandum  
sit, Erit Resp. Venet., erit in Italia perpe-  
tua, & quidem florentissima, perpetua  
etiam regna quædam Principatus, at  
que imperia Venetæ Reip. Socia, Equi-

dem prospicio, iā pacēm, iam ocium,  
& tranquillitatem rerum omnium ha-  
bituros nos esse tāta Reip. Veñ. & Grī  
ti foelicitas, tanta prudentia & auctori-  
tas iam existit, Quāobrē hodie nō mō  
constituere nostram linguam sed da-  
re etiam iucundissimis studijs aliquā  
operam tutò licebit. atq; ego imprimis  
ita fortasse huius lingue in hac ætate  
studiosus futurus sum, quemadmodū  
M. Cato in senectute græcarum litera-  
rum fuit.

S ubrisit Bembus, & paulopost. Sanè mihi  
iucunda res esset videre discētem Leo-  
nicum, atq; in illa philosophia amanti-  
um (vt ita dicam) in senectute versari.  
Vetum quod ad linguam attinet quo-  
niam iucūda est disputatio audite ego  
quid senserim. Di immortales viden-  
tur mihi præcipuā semper totius ita-  
liae curam habuisse, Nam illam vide-  
mus omni memoria magna quadam  
foelicitate magna gloria, & dignitate  
præstitisse. At multa etiam mala, mul-

tas calamitates saepe passa est + negare  
non possumus, Sed saepe ex his malis  
multa commoda consecuta sunt, atque  
ea possim cōmemorare plurimā quā  
ego noui, si esset ijs locus. Sed modo  
vnū dicā quod ad rē nostram attinet,  
insignis quādam & præcipua fuit ea  
calamitas, quam Gothos quibusdam  
ante annis importasse in italiam legi  
mus, nam eam adhuc sentimus & sen-  
tiet fortasse omnis posteritas, Sed ex il-  
la calamitate profecta ē nostra lingua,

E xpecto quod sum euadas, irquit Leoni-  
cus. Nam dicere Deos immortales  
dedisse nobis linguam italicam, quo-  
dammodo, ut compensarent infelicis  
simam illam cladem meo quidem iu-  
dicio non possumus, nam inibi viden-  
tur potius auxisse curam & solicitudi-  
nem hominum, quum enim multis se-  
rè satis ad gloriam olim fuisse græcā  
linguam, & latinam didicisse, ex illo  
tertiæ cuiusdam nouæ addiscendæ stu-  
dium additum est.

Non omniho ut compensarent inquit  
Bembus Sed audi reliqua Deinde eti-  
am respōdebo. Insignis quædā, & præ-  
cipua calamitas ea fuit quā Gothi qui  
busdam ante annis in Italiā intule-  
runt, Nam eām fere omne laudum, &  
studiorum genus vehementer sensit,  
Itaq; adhuc misera atq; infoelia bona  
rum artium studia futura essent, nisi  
hac ætate multi in literarum studijs  
summopere laborarent, Nam iij Barba-  
riem quæ pulcherrima studia occupa-  
uerat cotidie euellunt, Utinamq; om-  
nes purgare sua studia ita aliquando  
possint, Quēadmodum Leonice ve-  
stram philosophiam incredibili cum  
laude purgasti. Sed ad rem, Ex illa toti-  
us Italiæ calamitate profecta est nostra  
linguā ex illa adeo studiorum, rerum,  
atq; nominum corruptione, & pertur-  
batione, Dixerit quis, paruum præmi-  
um, sanè paruum quia tāta fuerat ma-  
gnitudo malorum, tanta infoelicitas re-  
rum, verum pluris fortasse æstimanda

E

ea est , quām multi opinentur / multa  
enīm habet commoda, & iucunditatē  
maximam, fortasse etiam gloriam, cer-  
te illi intermortue Romanæ auctorita-  
tem/atq; existimationem quandam at-  
tulit, quia illi quādam veluti ancilla  
adinuenta est , quæ his in rebus famu-  
laretur, quas non posset lingua latina  
cum dignitate agere. Itaq; hanc ipsam  
linguam, quæ iucunda est, & pulcherri-  
ma / & veluti domina / & data à dijs im-  
mortalibus quasi vt esset quodammodo  
do solatiū tantæ illius calamitatis non  
poteram existimare facile iterituram.  
Timui sāpe fateor, id quod tu Leonī-  
ce, eam ne noua rerum mutatio / quæ  
impendebat aliquando tolleret, Nunc  
in pulcherrima rerum, quæ futura est,  
tranquillitate nihil timendum est ;  
Nunc ad te Leonice qui ita existimas  
nouum laborem / & curam linguæ cu-  
iudam nouæ addiscende superiniun-  
ctam hominibus fuisse, Ita est, Sed ea  
sanè pulchra / & iucunda cura dicenda

est, atq; eho dic mihi Leonice, si ad fœ  
licitatem nostrorum temporum ali  
quo modo id accederet, vt latinorum  
auctorum multa monumenta quæ in  
terciderunt venire in nostras manus  
aliquando possent, An tu nouam cu  
ram legendi tanta cum fœlicitate con  
iunctam adeo grauem existimares? Si  
Græci auctores præsertim in philoso  
phia, qui desiderantur Aristipus, Theo  
phrastus, Stoici, Epicurei, Si tui iuris  
fulti Vergeri, quos Iustinianus impera  
tor cū suo illo Tribuniano Paphilio  
reiecit, & ferè in exilium misit M. Scæ  
uola, L. Crassus, S. Sulpitius, atq; alij  
hominum vel deorum aliquo benefi  
cio exire aliquibus ex tenebris nostra  
ætate potuissent, putaretis beneficium  
illud fuisse maximum, q; multo pul  
chrior, multoque amplior studiorum  
gloria, & fœlicitas futura esset? An for  
tasse maleficium, q; noua quædam sol  
licitudo, & cura legendi esset mortali  
bus adiuncta? Video sane quid aduer

sum hæc dicturi sitis / omnino iucun  
dus labor futurus is esset , Sed interea  
dum legeremus posset cotidie tū græ  
ca, tum latina lingua reddi multo cla  
rior / multoq; maior , atq; illustrior, id  
quod accidere non posset si nostrum  
tēpus ad descendā nouam linguā trās  
mitteremus, nā illā iterea deferitur, &  
fordescit,in qua excolenda, atq; ampli  
ficanda laborare imprimis debemus:  
Quid si ex illis artibus , quæ omnino  
perierunt reuiuiscere aliqua posset? pu  
ta diuinatio, chymia, vel alia huiusmo  
di? Evidem, vt ego existimo, noua illa  
descendi cura cum aliqua fœlicitate cō  
iuncta tibi summopere placeret Leo  
nice, quāquam in illa perdiscenda ad  
iuuare linguam latinam, aut græcam  
nulla ex parte posses. Nam posse ex aui  
um cantu, aut volatu, vel extorum in  
spectione futura cognoscere quemad  
modum antiquitas ferè aliquando co  
gnouit, nō tu id Leonice, si religio pa  
teretur, pulcherrimum existimares? &

aurum ex plumbo facere, aut ex ære,  
qua in re nō id amplius quod sumus  
sed planè ipsa natura (vt ita dicam) vo-  
lumus esse ita omnibus elementis vti-  
mūr nonne illud ēt magnopere place-  
ret? nō dico modo ad diuitias cōparan-  
das, (Nam eas vir sapiens aliunde cō-  
parabit) Sed naturæ opera vt video &  
admireris id quod ad Philosophum  
pertinet. Si redire inquam, hæ artes in  
lucem potuissent, aut noua aliqua co-  
gnitione digna supuenire non tu qui  
dem cum Dijs imortalibus quereris,  
neq; id diceres auxisse illos sollicitudi-  
nem & labores hominum, Sed fœlici-  
tatem auxisse. Itaq; eodem modo dixe-  
rimus, q̄uām noua lingua quæ data  
est, siue vt esset calamitatis illius / de  
qua dixi, solatium, siue alia quavis ex  
causa, omnino nouam curam affert  
non nouam curam fuisse additam, Sed  
fœlicitatem nouam. Quanquām nega-  
re non possum Leonice multum om-  
nino latinæ linguae fœlicitati demptū

fuisse, ex quo Italicæ studia superuenient, siquidem quodammodo distributa est tota ea cura quam latinis auctori bus impendissemus, Verum adhuc fœlicitatis cuiusdam loco accipienda est, tum quia multi fuerunt eo ingeniori ut in latina oratione proficere quodammodo nō potuerint, In Italica magna cum laude potuerint, quales fortasse iij sunt quos in noua lingua veluti duces sequemur, tum quia non modo huic, sed illi etiam sufficere cum laude possumus in tanta ingeniorum gloria/tātaq; fœlicitate/ quæ futura est, nisi me orientia quædam signa decipiunt.

P rocul dubio futura, inquit Leonicus/ vt saepè dixi. Nam quemadmodum sol/ atque imber plantas omnis & arbores educat ita tranquillitas rerum, atq; ociū studia & ingenia. omnino p. 100  
Hæc dum illi optimi, & doctissimi homines grauiter & iucunde differerent, ego attente omnia & summa cum admiratiōe colligebam, Sed Bembus, quū me

respiceret, qui diu tacueram, vide, inq*t*  
Vergeri ne magna cum reprehensio  
ne tandiu taceas + Dicere enim te no  
biscum familiarius aliquid oportebat,  
quid cogites, atq*;* sentias de nostra Re  
pu. atq*;* excellentissimo Principe, & de  
tot atq*;* tantis laudibus quasi ille incre  
dibili virtute animi ferè solus ex omni  
memoria occupauit.

I taq*;* ego dicere quidem vobiscum ali  
quid sanè debui & optaui etiam præ  
fertim in hac pulcherrima dicendi oc  
casione, in qua oratio nemini deesse  
potest. Sed cursum oratiōis vestrā gra  
uissimae & iucundissimae, vnde ego in  
credibili cum voluptate multa discebā  
impediendū nullo modo putaui. Nūc  
quoniam admonuisti etiam de Rep. il  
lud dicam, Prorsus diuinam esse Rem  
pu. quemadmodum hodie s<sup>e</sup>pe dixi  
stis. Itaq*;* nouam omnino foelicitatem  
tum in studijs, tum alijs quibusdam in  
rebus sperare quodāmodo necesse est,  
Quandoquidem non aliunde profici

sci firma tranquillitas & vera felicitas  
potest quam ab Rep. bene instituta &  
fortunata. At de Principe. Sanè magnas  
atq; admirabiles fuisse omnes laudes  
quas illi hodie vestra oratione tribui  
stis, & quæ profecto Dijs immortalibus  
magisq; cuiquam homini conuenire  
videantur. Sed tamen merito fuisse tri  
butas, si gesta non dico ea, quæ ante  
Principatum notissima omnibus fue  
re clara illa quidem & innumerabilia,  
Sed quæ ex ipso Principatu videmus,  
& sentimus omnes animo aestimaueri  
mus. Nam omnia quæ agit, quæq; con  
sulit ingenti sapientia, Ingentiq; felici  
tate plena intelligimus. Itaq; illi sanctissimi  
Senatores, qui cum illo totius  
Reip. curam suscipiunt admirantur  
cotidie illam varietatem consiliorum  
preclarissimorum, quæ illi sua virtus  
exercita suppetit.

R ecete Vergerius. Ait Leonicus. Sed Bem  
be modo mecum animo repetebam.  
Vestra illa tam clara, tam admirabilis

ciuitas, tam fortunata proprium hoc  
habet ut egregia quædam ingenia, ex  
celso: quosdam animos, sapientes quo  
dam homines ferat. Respice singulas ci  
uitates, sanè sunt aliqui egregia virtu  
te animi, magni viri, & tum in admi  
nistranda Rep. tum in cæteris rebus  
præclaris, conuerte animum ad illam  
diuinam ciuitatem, occurrent plurimi  
summo: ingenio summa virtute, & T  
prudentia admirabiles quidam, & præ  
stantissimi viri digni prorsus quibus  
Dij immortales pulcherrimam, & gra  
uissimam Remp. dederint administrâ  
dam. Ego quidem illam grauitatem  
hominum, illam industriam singula  
rem, illam sapientiam tam ingentem  
nūquām desito laudare, & admirari.  
Præterea si instituta si iura si leges ali  
quando respicio tum illas quæ a maio  
ribus traditæ fuerunt, tum has quæ co  
tidie constituuntur, certe equidem affir  
mo: nihil potest esse sanctius: nihil  
æquius. Tu Vergeri, qui iuris ciuilis

F

scientiam persequeris, & causas agere  
apud illos aliquando soles nosti cuius  
modi sint constitutiones i quas illi ser-  
uant, discedunt illæ quidem (ut audio)  
à iure ciuili, sed tamen iure discedunt/  
& optima quadam æquitate. Num ita  
est Vergeri, Num iure i num summa  
æquitate constitutiones ille à vestro iu-  
re ciuili discedunt?

Tum ego. Nostrum ius ciuile ferè nihil  
aliud est quam æquitas, Itaq; difficile  
est dicere q; iure, & summa æquitate à  
iure ciuili quis discedat. Sed tamen re-  
cite tu quidem, pater Leonice & aspien-  
ter, atq; ego id ipsum affirmo ille con-  
stitutiones, atq; illæ iudicariæ consue-  
tudines, quum a iure ciuili discedunt;  
summa æquitate discedunt. Quia scili-  
cet alia erant tempora. Quum ius ciui-  
le scriberetur, alia rursus, quum se Ve-  
neta Resp. constitueret, & sanè laudada  
summopere mihi videntur illa homi-  
num ingenia, qui quum suas leges fe-  
rent mutationem temporis animad-

ueruntur atq; ea ratione longe secus  
quam veteres nostri legumlatores ali-  
quibus in causis constituerunt. Quia  
in re magna illorum Patrum tum  
æquitas, tum prudentia perspecta est.  
Sunt itamen non multæ causæ apud  
eos legibus compræhensæ. Verum illæ  
quæ sunt omnißæ adhuc maxima  
æquitate atq; ea non scripta decidere  
consueuerunt, & quidem à iure ciuili  
discedunt, quanquam non vbiq; disce-  
dunt. accedunt enim sæpenumerò quū  
notissima quædam æquitas eluceſcit,  
non quidem vt Imperatorum sanctio-  
nibus obediant, quibus nullo modo  
ab illis obtēmperari necessè est. Sed po-  
tius vt equitati & iustitiæ ſeſe accōmo-  
dent. Iucunda, Patres optimi & pror-  
fus grauis de his legibus diſputatio fu-  
tura eſſet, atq; ego de illis, niſi vobis  
moleſtum eſſet, posſem hoc in loco  
multa adducere. Scripsi enim aliquan-  
do de Venetis Magistratibus constitu-  
tionibus, & aliquot causas enumero.

In quibus aliter sentiunt, qui ius ciui  
le scripserunt, aliter qui constitutiones  
Venetas, & illud potissimum elabore,  
vt dicam, quæ ratio veteres iuriscon  
sultos mouisset, vt ita sentirent & quæ  
rursus Venetos Senatores vt a iure ci  
tuli dissentirent fortasse parum clare  
certe nimis implicite, & negligenter  
dixi modo pauca hæc verba de legi  
bus, Sed si lubet, diligentius incipiam  
tum de Magistratibus, tum de legibus  
dicere.

Hic Bembus, Evidem audiam summa  
cum voluptate, atq; illam partem præ  
cipue in qua de Magistratibus dictu  
rus es, verū hodie tum de Rep. tū de  
summo Principe satis multa verba fe  
cimus, vt iam incipiat aduerserascere,  
Crastina die huc afferto ea, quæ scripsi  
stī, nam consulto, & meditati conue  
niemus, quī insperato, atq; improvisi  
hodie aduenimus.

R ecē admonēs, Subdit Leonicus, & sa  
nè pulchra disputatio de legibus &

Magistratibus futura est, & maiore  
omnium commodo, dic crastina i præ  
sertim meo. Nam ista humiditas no  
ctis aduenientis est inimica senibus.

Paganinus in Tusculano Idi  
bus Aprilis

M. D. XXVI.

Alterum librum excudet Paulopost,  
in quo de legibus Venetis i &  
Magistratibus copiosa di  
sputatio futura est